Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



omps. Et accedam ad uos in iudicio. et ero testis uelox
maleficis. et adulteris. et periuris. et qui calumpniantur mer-
cedem mercenarij. et humiliant uiduas. et pupillos. et op
primunt peregrinos. nec timuerunt me dicit dns. Ecce
ego mitto uob helyam phetam. antequam ueniat dies dni
magni. et horribilis. et conuertet cor patrum ad filios. et
cor filiorum ad patres eorum. Dicit dns omps. S. Gradualis
Ab illo. t. Amen dico uob. non surrexit inter natos mulierum
maior iohe baptista. Qui autem minor est in regno celorum
maior est illo. A diebus autem iohis baptiste usque nunc regnum
celorum uim patitur. et. uiolenti rapiunt illud.
Omnis enim phete et lex usque ad iohannem phetauerunt. Et si
uultis recipere. ipse est helias. qui uenturus est. Qui habet
aures audiendi audiat. Feria ad corinthios

Fratres. Nos omnes reuelata facie gloriam dni speculantes.
in eandem imaginem transformamur. a claritate in claritatem.tanquam a dni spiritu. Ideo habentes hanc ministrationem
iuxta quod misericordiam consecuti sumus. non deficimus. sed abdicamus occulta dedecoris
non ambulantes in astutia. neque adulterantes uerbum dei. sed ma
nifestatione ueritatis commendantes nos metipsos ad omnem
conscientiam hominum coram deo. Quod si etiam opertum est euange
lium nrm. in his que peruertuntur. in quibus deus huius sedi
excecauit mentes infidelium. ut non fulgeat illuminatio euan
gelij glie xi. que est imago dei. Non enim nos metipsos non pre